

1. Kor. 11, 31. nos faciet hic locus, quia ita necesse erit ipsos fateri, quod remissio peccati et iustificatio gratuita praecedat. Postea nos quoque concedimus poenas, quibus castigamur. mitigari nostris orationibus et bonis operibus, denique tota poenitentia, iuxta illud: Jer. 15, 19. Si nos iudicaremus, non iudicaremur a Domino. Et Ieremiae 15.: Si converteris, convertam te. Et Zachariae 1.: Convertimini ad me, et ego convertar ad vos. Et Ps. 50, 15. Psalm. 49.: Invoca me in die tribulationis.

269 Teneamus igitur has regulas in omnibus encomiis operum, in praedicatione legis, (148) quod lex non fiat sine Christo. Sicut ipse inquit: Sine me nihil potestis facere. Item quod sine fide impossibile sit placere Deo. Certissimum est enim, quod doctrina legis non vult tollere evangelium, non vult tollere propitiatorem Christum. Et maledicti 10 sint pharisaei, adversarii nostri, qui legem ita interpretantur, ut operibus tribuant gloriam Christi, videlicet quod sint propitatio, quod mereantur remissionem peccatorum. Sequitur igitur semper¹ ita laudari opera, quod placeant propter fidem, quia opera non placent¹ sine propitiatore Christo. Per hunc habemus accessum ad Deum, non per opera sine mediatore Christo. Ergo cum dicitur: Si vis in vitam 15 ingredi, serva mandata, sentiendum est mandata sine Christo non servari, nec placere sine Christo. Sic in ipso Decalogo, in primo praecepto: Faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me et custodiunt praecepta mea, amplissima promissio legis additur. Sed haec lex non fit sine Christo. Semper enim accusat conscientiam, quae legi non satisfacit, quare territa fugit iudicium et poenam legis. Lex enim operatur iram. Tunc autem facit legem, quando audit nobis propter Christum reconciliari Deum, etiamsi legi non possumus satisfacere. Cum hac fide apprehenditur mediator Christus, cor acquiescit et incipit diligere Deum et facere legem, et scit iam 20 se placere Deo propter mediatorem Christum, etiamsi illa inchoata legis impletio poenitentiae dixerunt, tamen arbitramur neminem adversariorum tam esse furiosum, ut neget absolutionem evangelii vocem esse. Porro absolutio fide accipi debet, ut erigat perterrefactam conscientiam.

272 Itaque doctrina poenitentiae, quia non solum nova opera praecipit, sed etiam 30 (151) promittit remissionem peccatorum, necessario requirit fidem. Non enim accipitur remissio peccatorum, nisi fide. Semper igitur in his locis de poenitentia intelligere oportet, quod non solum opera, sed etiam fides requiratur, ut hic Matth. 6.: Si dimiseritis¹ hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater vester coelestis delicta vestra. Hic requiritur opus et additur promissio remissionis peccatorum, quae non 35 contingit propter opus, sed propter Christum per fidem. Sicut alibi multis locis testatur scriptura. Actuum 10: Huic omnes prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum. Et 1. Ioh. 2.: Remittuntur vobis peccata propter nomen eius. Eph. 1.: In quo habemus redemptionem per sanguinem eius in remissionem peccatorum. Quamquam quid opus est 40 recitare testimonia? Haec est ipsa vox evangelii propria, quod propter Christum, non propter nostra opera, fide consequamur remissionem peccatorum. Hanc evangelii vocem adversarii nostri obruere conantur male detortis locis, qui continent doctrinam legis aut operum. Verum est enim, quod in doctrina poenitentiae requiruntur opera, quia certe nova vita requiritur. Sed hic male assuunt adversarii, quod 45 talibus operibus mereamur remissionem peccatorum aut iustificationem. Et tamen Christus saepe annectit promissionem remissionis peccatorum bonis operibus, non quod velit bona opera propitiationem esse, sequuntur enim reconciliationem, sed propter duas causas. Altera est, quia necessario sequi debent boni fructus. Monet igitur hypocrisis et fictam poenitentiam esse, si non sequantur boni fructus. Altera 50 causa est, quia nobis opus est habere externa signa² tantae promissionis, quia conscientia pavida multiplicitate consolatione opus habet. Ut igitur baptismus, ut coena Domini sunt signa, quae subinde admonent, erigunt et confirmant pavidas mentes,

¹) Dazu Luther in Ed. pr. D. a. R. Non possumus remittere, nisi prius remissum sit nobis et missus sit nobis spiritus sanctus. Sonst heißt vergehen, aber nit vergeffen.
²) Luther a. R. Imo interna, cum cor nostrum non coarguit nos, scimus quod filii <im Original filium> Dei simus.

ut credant firmiter remitti peccata: ita scripta et picta est eadem promissio in bonis operibus, ut haec opera admoneant nos, ut firmiter credamus. Et qui non benefaciunt, non excitant se ad credendum, sed contemnunt promissiones illas. Sed pii amplectuntur eas et gaudent habere signa et testimonia tantae promissionis. Ideo exercent se in illis signis et testimoniis. Sicut igitur coena Domini non iustificat ex opere operato sine fide, ita eleemosynae non iustificat sine fide ex opere operato¹.

Sic et Tobiae concio cap. 4. accipi debet: Eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat². Non dicemus hyperbolen esse, quamquam ita accipi debet, ne detrahat de laudibus Christi, cuius propria sunt officia liberare a peccato et a morte. Sed recurrendum est ad regulam, quod doctrina legis sine Christo non prodest. Placent igitur eleemosynae Deo, quae sequuntur reconciliationem seu iustificationem, non quae praecedunt. Itaque liberant a peccato et morte non ex opere operato, sed ut de poenitentia supra diximus, quod fidem et fructus complecti debeamus, ita hic de eleemosyna dicendum est, quod tota illa novitas vitae salvet. Et eleemosynae sunt exercitia fidei, quae accipit remissionem peccatorum, quae vincit mortem, dum se magis magisque exercet et in illis exercitiis vires accipit. Concedimus et hoc, quod eleemosynae mereantur multa beneficia Dei, mitigent poenas, quod mereantur, ut defendamur in periculis peccatorum et mortis, sicut paulo ante de tota poenitentia diximus. Ac tota concio Tobiae inspecta ostendit ante eleemosynas requiri fidem: Omnibus diebus vitae tuae in mente habeto Deum. Et postea: Omni tempore benedic Deum et pete ab eo, ut vias tuas dirigat. Hoc autem proprie fidei est illius, de qua nos loquimur, quae sentit se habere Deum placatum propter ipsius misericordiam, et vult a Deo iustificari, sanctificari et gubernari. Sed adversarii nostri, suaves homines, excerpunt mutilas sententias, ut imperitis fucum faciant. Postea affingunt aliquid de suis opinionibus. Requirendi igitur sunt integri loci, quia, iuxta vulgare praeceptum, incivile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula eius proposita, iudicare vel respondere. Et loci integri prolati plerumque secum afferunt interpretationem.

55 Citatur mutilatus et hic locus Lucae 11.: Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis³. Plane surdi sunt

Auch ziehen sie an ein Spruch aus Tobia: 277 (156) „Die Almosen erlöse von der Sunde und von dem Tode.“ Wir wollen nicht sagen, daß da ein Hyperbole sei, wiewohl wir es sagen möchten, damit Christi Ehre erhalten werde; denn dies ist Christus Amt allein, von der Sunde, vom Tode erlösen 2c. Wir wollen aber uns zu unser alte Regeln halten, nämlich daß das Gesetz oder die Werk außer Christo niemand gerecht machen für Gott. So gefallen nu die Almosen, (welche dem Glauben folgen), denn erst Gott, wenn ich durch Christum versühnet bin, nicht die vorher gehen. Darum erlösen sie vom Tode nicht ex opere operato, sondern wie ich kurz zuvor von der Buße gesagt habe, daß man den Glauben mit den Früchten zugleich muß zusammen fassen, also ist auch von den Almosen zu sagen, daß sie Gott gefallen, dieweil sie geschehen in den Gläubigen. Denn Tobias redet nicht allein von Almosen, sondern auch vom Glauben. Denn er sagt: „Lobe Gott und bitte ihnen, daß er dich wolle auf deinen Wegen leiten 2c.“ Da redet er eigentlich von dem Glauben, da wir von reden, der da gläubt, daß er ein gnädiger Gott habe, den er zu loben schuldig ist für eitel große Güte und Gnade, von dem er auch täglich wartet Hilfe und bittet ihnen, daß er ihn im Leben und Sterben leiten und regieren wolle. Auf die Weise müßen wir nachgeben, daß die Almosen nicht unvernünftig sein gegen Gott, nicht aber, daß sie können den Tod, die Helle, den Teufel, die Sunde überwinden, die Gewissen zur Ruhe stellen (denn das muß durch den Glauben an Christum allein geschehen); sondern verdienen, daß uns Gott schützet für künftigen Ubel und Fahr Leibes und der Seelen. Das ist der einfaltige Verstand, welcher auch mit andern Sprüchen der Schrift übereinstimmt. Denn wo gute Werke gelobet werden in der Schrift, so soll man es allzeit nach der Regel Pauli verstehen, daß man das Gesetz und die Werk nicht über Christum hebe, daß Christus und der Glauben so hoch über alle Werke gehen, als der Himmel über der Erden ist.

Auch ziehen sie an den Spruch Christi: 281 (160) „Gebet Almosen, so wird euch alles rein sein.“ Die Widersacher sein taub und haben

¹) Vgl. S. 213, 19. 294, 41. 685, 5. 21 ff.
²) CR 27, 122.

³) In der Conf. zu Art. XX zit. CR 27, 122.